

GREGORII MAGNI OPERA

I/4

SANCTI GREGORII MAGNI
MORALIA IN IOB

(XXVIII-XXXV)

INDICES

Cura et studio MARCI ADRIAEN

(CCL, vol. CXLIIIB)

PAVLVS SINISCALCO emendauit

Bibliotheca Gregorii Magni
MMI

OPERE DI GREGORIO MAGNO

I/4

SAN GREGORIO MAGNO
COMMENTO MORALE A GIOBBE / 4

(XXVIII-XXXV)

INDICI

A cura di PAOLO SINISCALCO

Traduzione di EMILIO GANDOLFO

Indici di ELISABETTA SPAGNOLO



Città Nuova Editrice
2001

I, 1. In paradysum sano homini diabolus inuidens superbiae uulnus inflixit, ut qui mortem non acceperat conditus, mereretur elatus. Sed quia diuinae potentiae suppetit, non solum bona de nihilo facere, sed ea etiam ex malis quae diabolus perpetrauerat, reformare, contra hoc inflictum uulnus superbientis diaboli medicina apparuit inter homines humilitas Dei; ut auctoris exemplo humiliati surgerent, qui imitatione hostis elati ceciderant. Contra ergo superbientem diabolum apparuit inter homines homo factus humilis Deus ¹. Hunc potentes huius saeculi, id est membra diaboli superbientis, eo despicabilem crediderunt, quo humilem conspexerunt. Vulnus enim cordis eorum quanto magis tumuit, tanto amplius medicamentum mite despexit ². Repulsa igitur a uulnere superbiorum medicina nostra peruenit ad uulnus humilium: *Infirmi* quippe *mundi elegit Deus, ut confundat fortia* ³; actumque est cum pauperibus quod post etiam diuites elati mirarentur. Nam dum nouas in illis uirtutes aspiciunt ⁴, eorum quorum prius contempserunt uitam, postmodum obstupescere miracula. Vnde mox pauidi ad sua corda redeuntes, extimuerunt sanctitatem in miraculis, quam despexerant in praeceptis. Per infirma ergo confusa sunt fortia, quia dum in ueneratione uita surgit humilium, elatio cecidit superbiorum ⁵.

Igitur quia beatus Iob sanctae Ecclesiae typum tenet, et omnipotens Dominus praecidit quod in primordiis nascentis Ecclesiae, potentes huius saeculi leue eius iugum suscipere crassa cordis ceruice recusarent, dicat:

II, 2. [39, 9] *Numquid uolet rhinoceros seruire tibi?* Rhinoceros enim indomitae omnino naturae est, ita ut si quando captus fuerit, teneri nullatenus possit. Impatiens quippe ut fertur, ilico moritur. Eius uero nomen latina lingua interpretatum sonat, in nare cornu. Et quid aliud in nare nisi fatuitas, quid in cornu nisi ****** elatio designatur? Nam quia in nare fatuitas solet intellegi, Salomone attestante didicimus, qui ait: *Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra et fatua* ¹. Haereticam namque doctrinam nitore uidit eloqui resplendere nec tamen sapientiae apto intellectu congruere; et ait: *Circulus aureus in naribus suis*, id est pulchra et circumflexa locutio in sensibus mentis stultae, cui ex eloquio aurum pendet, sed tamen ex terrenae intentionis pondere, more suis, ad superiora non re-

* PL 571. I. ¹ LATHICEN, *Egl.*, 31, 7-9. ² Cf. Gen. 3. ³ I Cor. 1, 27.
⁴ LATHICEN, *Egl.*, 31, 1-6. ⁵ TAIO, *Sent.*, 3, 17 (871A/B). II. ****** PL 572.
¹ Prou. 11, 22.

I, 1. In paradiso il diuoluo. inuidioso dell'uomo in grazia di Dio, gli inflisse la ferita della superbia, affinché chi al momento della creazione non aveva ricevuto la morte la meritasse elevandosi in superbia. Ma poiché la potenza diuina era capace non solo di fare cose buone dal nulla, ma anche di riparare ciò che il diuoluo aveva compiuto di male, contro questa ferita della superbia inflitta dal diuoluo, come medicina apparue in mezzo agli uomini l'umiltà di Dio, affinché quelli che elevatisi in superbia imitando il diuoluo erano caduti, umiliandosi sull'esempio del Creatore, risorgessero. Quindi, contro il diuoluo elevatosi in superbia, apparue umile in mezzo agli uomini Dio fatto uomo. I potenti di questo mondo, cioè le membra del diuoluo, levatisi in superbia, lo ritennero spregeuole in quanto lo videro umile. La ferita del loro cuore, infatti, tanto più si gonfiò quanto più disprezzò il mite medicamento. Respinta quindi dalla ferita dei superbi, la nostra medicina arrivò alla ferita degli umili. Sì, *Dio ha scelto ciò che nel mondo è debole per confondere i forti*; e avvenne che in seguito anche i ricchi rimasero stupiti di questo fatto, insieme ai poveri. Poiché vedendo in questi le virtù nuove, dapprima disprezzarono il loro modo di vivere, poi rimasero stupiti di fronte ai miracoli. Per cui, subito impressionati rientrando nel loro cuore, finirono per apprezzare nei miracoli la santità che avevano disprezzato nei precetti. Per mezzo dei deboli, quindi, furono confusi i forti, poiché mentre la vita degli umili si impone al rispetto, l'orgoglio dei superbi cadde.

Ora, poiché il beato Giobbe raffigura la santa Chiesa e il Signore onnipotente prevede che nei primordi della Chiesa nascente i potenti di questo mondo con la loro grassa cervice del cuore avrebbero rifiutato il suo giogo leggero, può dire:

II, 2. [39, 9] *Il rinoceronte vorrà forse seruirvi?* Il rinoceronte ha una natura talmente indomita, che quando viene catturato non si può in alcun modo tenere. È così insofferente, si dice, che vi muore. Il suo nome in latino significa "corno nella narice". E che altro si trova nella narice se non la fatuità? E il corno che altro significa se non l'orgoglio? Che per narice di solito s'intenda la fatuità, lo conferma la testimonianza di Salomone che dice: *Un anello d'oro al suo naso, tale è la donna bella e fatua*. Egli vide la dottrina eretica risplendere per il linguaggio brillante, senza però accordarsi alla sapienza con adeguata intelligenza, e dice: *Un anello d'oro al suo naso*, cioè, è bello e duttile il linguaggio nei pensieri di una mente priva di senno, dalla quale per la parola pende l'oro, ma per il peso dell'intenzione rivolta alla terra, a guisa d'un porco non guarda alle realtà superne. E

spicit. Quod secutus exposuit, dicens: *Mulier pulchra et fatua*; id est. doctrina haeretica: pulchra per uerbum, fatua per intellectum². In cornu uero, quia superbia frequenter accipitur, propheta attestante didicimus, qui ait: *Dixi iniquis. nolite inique agere, et delinquentibus. nolite exaltare cornu*³. Quid ergo in rhinocerote hoc, nisi potentes huius saeculi designantur, uel ipsae in eo summae principatum potestates, qui typho fatuae iactationis elati, dum falsis exterius inflantur honoribus, ueris miseris intus inanescunt? Quibus bene dicitur: *Quid superbis, terra et cinis?*⁴ In ipsis uero initiis nascentis Ecclesiae, dum contra illam diutum se potestas extolleret, atque in eius nece immensitate tantae crudelitatis anhelaret: dum tot cruciatibus anxia, tot persecutionibus pressa succumberet, quis tunc credere potuit quod illa erecta et aspera superbiorum colla sibi subiceret, et iugo sancti timoris edomita, mitibus fidei loris ligaret? Diu quippe in exordiis suis rhinocerotis huius cornu uentila. et quasi funditus interimenda percussa est. Sed diuina gratia dispensante, et illa moriendo uiuificata conualuit, et cornu suum rhinoceros iste feriendo lassatus inclinauit; quodque impossibile hominibus fuit, Deo difficile non fuit, qui potestates huius mundi rigidas non uerbis, sed miraculis fregit. Ecce enim cotidie seruire rhinocerotas agnoscimus, dum potentes mundi huius, qui in uiribus suis fatua dudum fuerant elatione confisi, Deo subditos iam uidemus. Quasi de quodam indomito rhinocerote Dominus loquebatur, cum diceret: *Diues difficile intrabit in regnum caelorum*⁵. Cui cum responsum esset: *Et quis poterit saluus fieri?*⁶ Illico adiunxit: *Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omniaabilia sunt*⁷. Ac si /^{*} diceret: Rhinoceros iste humanis uiribus mansuescere non potest, sed tamen diuinis subdi miraculis potest. Vnde hic quoque apte beato Iob sanctae Ecclesiae typum tenenti dicitur: *Numquid uolet rhinoceros seruire tibi?* Subaudis: Vt mihi, qui eum praedicamentis quidem hominum diu resistere pertuli, sed tamen repente, cum uolui, miraculis strauit. Ac si apertius dicat: Numquid hi qui fatua elatione superbunt sine meis adiutoriis tuae praedicationi subduntur? Per quem itaque praeualeas considera, et in omne quod praeuales sensum elationis inclina. Vel certe ad beati Iob notitiam pro humilianda eius uirtute deducitur, quam mira quandoque per apostolos agantur, qui mundum Deo subiciunt, eique edomitam potentum huius saeculi superbiam flectunt; ut tanto de se beatus Iob minus aestimet, quanto aggregari Deo tam difficiles animas per alios uidet. Dicat ergo: *Numquid uolet rhinoceros seruire tibi?* Subaudis: Sicut per eos quos miserio seruiet mihi.

→ Sequitur:

III, 3. [39, 9] *Aut morabitur ad praesepe tuum?*¹ Praesepe hoc loco ipsa scriptura sacra non inconuenienter accipitur, in qua uerbi pabulo animalia sancta satiantur, de quibus per prophetam dicitur: *Animalia tua*

² PATERIVS, *Prou.*, 23 (24). ³ Ps. 74, 5. ⁴ Eccli. 10, 9. ⁵ Mt. 19, 23. ⁶ Mt. 19, 25. ⁷ Mt. 19, 26. * PL 573. III. ¹ LATTICEN, *Egl.*, 31, 16-17.

così conclude il suo pensiero: *tale è la donna bella e fatua*: cioè, la dottrina eretica è bella per la parola, ma priva di senno nel pensiero. Che poi il corno non di rado indichi la superbia, lo apprendiamo dalla testimonianza del Profeta che dice: *Ho detto ai trasgressori: Non trasgredite. e ai peccatori: Non alzate il corno*. Che raffigura dunque questo rinoceronte, se non i potenti di questo mondo, oppure le stesse supreme potenze delle dominazioni che vengono sollevate dal vento d'una stolta arroganza; mentre esteriormente si gonfiano di falsi onori, interiormente si svuotano per vere miserie? È detto a proposito a costoro: *Perché l'insuperbisci, terra e cenere?* Agli inizi stessi della chiesa nascente, quando si levava contro di essa la potenza dei ricchi e con tanta crudeltà organizzata meditava la sua morte, quando essa, bersagliata da tanti tormenti, soccombeva ed era oppressa da tante persecuzioni, chi poteva allora credere che avrebbe sottomesso a sé quei colli eretti e minacciosi dei superbi e che, dopo averli domati col santo timore, li avrebbe legati con le miti briglie della fede? Sì, nei suoi esordi fu a lungo affrontata dal corno di questo rinoceronte e colpita come se dovesse sparire del tutto. Ma, per disposizione della divina grazia, morendo riprese a vivere con novello vigore, mentre questo rinoceronte, ferito e svigorito, dovette abbassare il corno. Ciò che era impossibile agli uomini, non fu difficile a Dio che spezzò le ostili potenze di questo mondo, non con le parole ma con i prodigi. Ecco, infatti, oggi constatiamo che i rinoceronti servono, vedendo ormai sottomessi a Dio i potenti di questo mondo, che un tempo riponevano una superbia fatua nelle loro forze. Il Signore parlava come di un certo rinoceronte indomito quando diceva: *Difficilmente un ricco entrerà nel regno dei cieli*. Essendogli stato risposto: *Chi dunque si potrà salvare?* Egli soggiunse: *Questo è impossibile agli uomini, ma a Dio tutto è possibile*. Come a dire: Questo rinoceronte non può essere ammansito con forze umane, ma può essere assoggettato con prodigi divini. Così anche qui al beato Giobbe, figura della santa Chiesa, opportunamente viene detto: *Il rinoceronte vorrà forse seruire?* Sottinteso: Come serve a me, che a lungo tollerai che resistesse alla predicazione degli uomini, ma quando volli, a un tratto lo atterrai con i prodigi? In altri termini più chiari: Forse che quanti nel loro sciocco orgoglio insuperbiscono, si sottomettono alla tua predicazione senza il mio aiuto? Perciò considera per mezzo di chi ottieni il successo, e in tutto ciò che ottieni abbassa il sentimento dell'orgoglio. E certamente per umiliare la sua virtù, il beato Giobbe viene a conoscere quanti prodigi compiranno un giorno gli apostoli, che sottometteranno il mondo a Dio e piegheranno l'indomita superbia dei potenti di questo mondo, affinché il beato Giobbe tanto meno stimi se stesso quanto più vede le anime difficili avere timore di Dio. Dica dunque: *Il rinoceronte vorrà forse seruire?* Sottinteso: Come servirà a me per mezzo di quelli che avrò inviato?

Segue:

III, 3. [39, 9] *E dimorerà davanti alla tua mangiatoia?* Non è fuori luogo intendere qui per mangiatoia la stessa sacra Scrittura, in cui si saziano del cibo della Parola i santi animali, dei quali il Profeta dice: *I tuoi*

inhabitabunt in ea ². Hinc etiam natus Dominus a pastoribus in praesepe reperitur ³, quia eius incarnatio, in ea quae nos reficiunt prophetarum scripta cognoscitur. Rhinoceros itaque iste, uidelicet omnis elatus in primordiis nascentis Ecclesiae, cum patriarcharum dicta, cum prophetarum mysteria, cum euangelii arcana audiret, irridebat ⁴, quia tanto in praedicatorum praesepe claudi satiarique contempserat, quanto in uoluptatibus propriis dimissus, desperationis suae campum tenebat. Quem superborum campum bene Paulus insinuat, dicens: *Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiae in operationem immunditiae omnis, in auaritiam* ⁵. Tanto enim se quisque in malis praesentibus latius relaxat, quanto post hanc uitam se assequi bona aeterna desperat. Sed omnipotens Deus diu quidem rhinocerotam hunc per prauae uoluptatis campum uagantem pertulit; et tamen cum uoluit, repente ad suum praesepe religauit, ut uitae pabulum bene clausus accipiat ⁶, ne uitam funditus male liber amittat. Ecce enim iam cernimus quod potentes huius saeculi, eiusque principes praedicamenta dominica libenter audiunt, constanter legunt, passimque a praesepe non exeunt, quia praecepta Dei, quae aut legendo, aut audiendo cognoscunt, nequaquam uiuendo transcendunt, sed ad uerbi pabulum quasi clausi stare aequanimiter tolerant, ut edendo et permanendo pinguescant. Quod cum Deo agente conspiciamus, quid aliud quam rhinocerotam hunc ad praesepe morantem /^{*} uidemus?

Quia uero post acceptum pabulum praedicationis rhinoceros te fructum debet estendere operis, recte subiungitur:

→ IV, 4. [39, 10] *Numquid alligabis rhinocerotam ad arandum loro tuo?*
Lora sunt Ecclesiae praecepta disciplinae. Arare uero est per praedicationis studium humani pectoris terram uomere linguae proscindere ¹. Hic igitur rhinoceros quondam superbus ac rigidus iam nunc loris fidei tenetur ligatus; atque a praesepe ad arandum ducitur, quia eam praedicationem qua ipse refectus est innotescere et aliis conatur. Scimus enim rhinoceros iste, terrenus uidelicet princeps, quanta prius contra Dominum crudelitate saeuierit; et nunc agente Domino cernimus quanta se ei humilitate substernit. Hic rhinoceros non solum ligatus, sed etiam ad arandum ligatus est, quia uidelicet disciplinae loris adstrictus, non solum se a prauis operibus retinet, sed etiam in sanctae fidei praedicationibus exercet. Ecce enim sicut superius dictum est, ipsos humanarum rerum rectores ac principes dum metuere Deum in suis actionibus cernimus, quid aliud quam loris ligatos uidemus? Cum uero eam fidem, quam dudum persequendo impugnaverant, nunc prolatis legibus praedicare non cessant, quid aliud faciunt, nisi aratri laboribus insudant?

→ 5. Libet uidere hunc rhinocerotam, id est terrae principem fidei loris

² Ps. 67, 11. ³ Cf. Lc. 2, 16. ⁴ LATHCEN, *Egl.*, 31, 17-19. ⁵ Eph. 4, 19. ⁶ LATHCEN, *Egl.*, 31, 19-22. * PL 574. IV. ¹ LATHCEN, *Egl.*, 31, 24-27.

animali abiteranno in essa. Ecco perché anche il Signore, quando nasce, viene trovato dai pastori nella mangiatoia, perché si viene a conoscere la sua incarnazione in quella Scrittura dei profeti che ci ristora. E così questo rinoceronte, cioè ogni superbo, quando nei primordi della Chiesa nascente ascoltava i detti dei patriarchi, i misteri dei profeti, gli arcani del Vangelo, li derideva, perché non accettava d'essere chiuso e saziato nella mangiatoia dei predicatori, in quanto, abbandonandosi ai propri piaceri, dimorava nel campo della propria disperazione. A questo campo dei superbi allude chiaramente Paolo quando dice: *Si sono abbandonati alla dissolutezza, commettendo ogni sorta d'impurità con avidità insaziabile*. Quanto più uno si abbandona sfrenatamente alle azioni perverse ora, tanto meno spera di poter raggiungere i beni eterni dopo questa vita. Ma Dio onnipotente ha sì tollerato a lungo che questo rinoceronte vagasse attraverso il campo della volontà depravata, e tuttavia, quando volle, a un tratto lo ha legato alla sua mangiatoia, affinché, felicemente chiuso, riceva il nutrimento della vita e non perda, nella sua sciagurata libertà, la vita piena. Ecco, infatti, vediamo già che i potenti di questo mondo e i suoi capi ascoltano volentieri gli insegnamenti del Signore, assiduamente li leggono e non vanno fuori da una parte e dall'altra della mangiatoia, perché nella loro vita non trascurano in alcun modo i precetti di Dio, che conoscono per averli letti o ascoltati, ma accettano di buon grado di rimanere come chiusi davanti al nutrimento della Parola; e così, mangiando e rimanendo, s'impinguano. Quando con l'aiuto di Dio osserviamo questo, che altro vediamo, se non questo rinoceronte che rimane davanti alla mangiatoia?

Ma poiché questo rinoceronte, dopo aver ricevuto il nutrimento della predicazione, deve mostrare il frutto delle opere, giustamente il testo prosegue:

IV, 4. [39, 10] *Potrai forse legare il rinoceronte con la tua briglia per arare?* Le briglie della Chiesa sono i precetti della disciplina. Arare è fendere la terra del cuore umano mediante il vomere della lingua con l'impegno della predicazione. Perciò questo rinoceronte, un tempo superbo e indocile, è tenuto ormai legato con le briglie della fede, e dalla mangiatoia viene condotto fuori ad arare, poiché s'impegna a far conoscere anche agli altri quella predicazione con cui egli stesso è stato nutrito. Sappiamo infatti con quanta crudeltà questo rinoceronte, cioè il principe terreno, abbia prima infierito contro il Signore ed ora, grazie a Dio, vediamo con quanta umiltà si prostri dinanzi a lui. Questo rinoceronte, non solo è stato legato, ma è stato anche legato per arare, appunto perché, costretto con le briglie della disciplina, non solo viene trattenuto dalle opere malvagie, ma si dedica altresì alla predicazione della santa fede. Ecco infatti, come si è detto sopra, quando osserviamo che gli stessi reggitori delle sorti umane e i principi nelle loro imprese temono Dio, non li vediamo forse legati con briglie? Quando poi vediamo che ora cercano di predicare con le leggi che emanano, quella fede che un tempo combattevano perseguitandola, che altro fanno, se non impegnarsi nelle fatiche dell'aratro?

5. È bello vedere questo rinoceronte, cioè il principe terreno, legato

ligatum, quemadmodum et cornu portat per potentiam saeculi, et iugum fidei sustinet per amorem Dei. Timeri iste rhinoceros ualde poterat, nisi ligatus esset. Cornu quippe habet, sed ligatus est. Habent ergo in loris eius quod humiles diligant, habent in cornu eius quod elati pertimescant. Strictus enim loris, seruat pietatem mansuetudinis, sed fultus cornu terrinae gloriae exercet, dominium potestatis. Plerumque autem cum exigente ira ad feriendum rapitur, diuino timore reuocatur. Et quidem per exasperatam potentiam in furore se eleuat, sed quia aeterni iudicis reminiscitur, cornu ligatus se inclinat. Saepe ipse uidisse me memini, quod cum se ad feriendum grauiter hic rhinoceros accenderet: et quasi eleuato cornu bestioliis minimis mortes, exsilia, damnationemque subiectis immensis terroribus intemptaret, repente fronti signo crucis impresso, omne in se incendium furoris exstinxit, conuersus minas deposuit; et quia ad deliberata progredi non posset, ligatus agnouit. Et non solum in se iras edomat, sed in subiectorum etiam sensibus omne quod rectum est inserere festinat, atque ut omnes sanctam Ecclesiam ex intima cogitatione uenerentur, exemplo ipse /* suae humilitatis demonstrat. Dicatur igitur beato Iob: *Numquid alligabis rhinocerotam ad arandum loro tuo?* Ac si aperte dicat: Numquid potentes huius saeculi in sua fatua elatione confidentes, ad laborem praedicationis dirigis, et sub disciplinae uincula restringis? Subaudis: Vt ego, qui id egi cum uolui, qui persecutores meos, quos prius hostes pertuli, ipsos postmodum rectae fidei defensores feci ².

Sequitur:

V, 6. [39, 10] *Aut confringet glebas uallium post te?* Solent excultae terrae superiacentes glebae iactata semina premere, et nascentia suffocare. Quibus glebis hoc loco illi signantur, qui per duritiam suam atque pestiferam uitam, nec ipsi semina uerbi recipiunt, nec receptorum seminum fructus alios ferre permittunt ¹. Sanctus enim quisque praedicator in mundum ueniens, euangelizando pauperibus, quasi molles uallium terras arauerat, sed quorundam duritiam elatorum Ecclesia rumpere non ualens, eos quasi superiectas labori suo glebas oppressa tolerabat. Multi enim perversae mentis ipsa terrenorum principum infidelitate confisi, surgentem Ecclesiam male uiuendi pondere premebant; cum diu quos possent modo damnabilibus exemplis, modo minis, modo blandimentis destruerent, ne terra cordis auditorum ad spiritalis seminis fructum exculta perueniret. At cum omnipotens Deus hunc rhinocerotam loris suis subdidit, per eum illico glebarum duritiam fregit. Mox quippe terrenum principatum suae fidei subiugauit, dura persequentium corda coneruit, ut quasi confractae glebae non iam obduratae premerent, sed ad percepta uerbi semina resolutae germinarent. Vnde recte nunc ait: *Aut confringet glebas uallium post te?* Ac si diceret sicut post me, qui postquam mentem cuius-

con le briglie della fede, portare il corno del potere mondano e sottoporsi al giogo della fede per amore di Dio. Questo rinoceronte, se non fosse stato legato, avrebbe incusso molto timore. Sì, egli possiede il corno del potere, ma è legato. Gli umili quindi hanno motivo di amarlo per le sue briglie, mentre i superbi hanno motivo di temerlo per il suo corno. Legato con le briglie conserva la bontà della mansuetudine, ma insignito del corno della gloria terrena, esercita la dominazione del potere. Spesso, spinto dall'ira, è portato a colpire, ma il timore di Dio lo trattiene. È vero, il potere smisurato lo porta a trascendere nel furore, ma il ricordo dell'eterno Giudice fa abbassare il corno legato. Io stesso ricordo d'aver visto più volte questo rinoceronte pronto a colpire pesantemente. Con il corno eretto stava preparando alle bestioline più piccole, ai sudditi, morte, esilio, condanne con immensi terrori; ma, a un tratto, dopo aver ricevuto sulla fronte il segno della croce, ha estinto in sé ogni incendio di furore: convertito, ha depresso le minacce; legato, si è reso conto di non poter eseguire i suoi propositi. E non solo ha represso l'ira dentro di sé, ma si è affrettato ad inculcare anche nei sudditi ciò che è giusto, ed esso stesso con l'esempio della sua umiltà ha invitato tutti a venerare con intima convinzione la santa Chiesa. Si dica quindi al beato Giobbe: *Potrai forse legare il rinoceronte con la tua briglia per arare?* In altri termini più chiari: Puoi forse indirizzare al lavoro della predicazione e ridurre sotto i vincoli della disciplina i potenti di questo mondo che confidano nel loro sciocco orgoglio? Sottinteso: Come ho fatto io, che quando ho voluto, ho trasformato in difensori della fede i miei stessi persecutori, che prima ho dovuto sopportare come nemici?

Segue:

V, 6. [39, 10] *O fargli spianare le zolle delle valli dietro a te?* Di solito le zolle d'una terra incolta che si trovano sopra opprimono i semi che vi si gettano e soffocano quelli che stanno per nascere. Queste zolle raffigurano qui quelli che per la loro durezza e la loro detestabile condotta, né accolgono loro i semi della Parola, né permettono agli altri di produrre il frutto dei semi accolti. Ogni santo predicatore, infatti, che era venuto nel mondo per evangelizzare i poveri, aveva come arato le morbide terre delle valli, ma la Chiesa, non riuscendo a spezzare la durezza di certi superbi, oppressa, li tollerava come zolle sovrapposte alla sua fatica. Molti, di animo perverso, confidando nella stessa incredulità dei principi terreni, con il peso della loro vita cattiva premevano sulla Chiesa nascente, quando un tempo eliminavano quanti potevano, ora con esempi detestabili, ora con minacce, ora con lusinghe, affinché la terra coltivata del cuore degli uditori non giungesse a produrre il frutto del seme spirituale. Ma quando Dio onnipotente con le sue briglie assoggettò questo rinoceronte, allora per mezzo di esso frantumò la durezza delle zolle. Appena ebbe aggiogato il principato terreno alla sua fede, spezzò i cuori duri dei persecutori, affinché non premessero più come zolle frantumate e indurite, ma, spianate, facessero germogliare i semi della Parola ricevuti. Così giustamente adesso dice: *O fargli spianare le zolle delle valli dietro a te?* Quasi a

* PL 575. ² LATHICEN, *Egl.*, 31, 28-33. V. ¹ LATHICEN, *Egl.*, 31, 34-39.

prolis editae, id est de ouorum suorum frigore nequaquam dolent; et quanto se libentius terrenis actibus inserunt, tanto neglegentius eos quos generant agere terrena permittunt.

— Sed quia derelictos hypocritarum filios superna cura non deserit, nonnullos namque etiam ex talibus intima electione praescitos, largitae gratiae respectu calefacit, recte subiungitur:

X, 15. [39, 14] *Tu forsitan in puluere calefacis ea?* Ac si dicat: Vt ego, qui illa in puluere calefacio, quia scilicet paruulorum animas, et in medio peccantium positas, amoris mei igne succendo. Quid enim puluis, nisi peccator accipitur? Vnde et ille hostis peccatoris huius perditione satiat, de quo per prophetam dicitur: *Serpenti puluis panis eius* ². Quid per puluerem, nisi ipsa iniquorum instabilitas demonstratur? De qua David ait: *Non sic impii, non sic, sed tamquam puluis quem proicit uentus a facie terrae* ³. Oua ergo Dominus in puluere derelicta calefacit, quia paruulorum animas praedicatorum suorum sollicitudine destitutas, etiam in medio peccantium positas amoris sui igne succendit. Hinc est enim quod plerosque cernimus et in medio populorum uiuere, et tamen uitam torpentis populi non tenere. Hinc est quod plerosque cernimus, et malorum turbas non fugere et tamen superno ardore fraglare. Hinc est quod plerosque cernimus, ut ita dixerim, in frigore calere. Vnde enim nonnulli in /* terrenorum hominum torpore positi, supernae spei desiderii inardescunt, unde et inter frigida corda succensi sunt; nisi quia omnipotens Deus derelicta oua scit etiam in puluere calefacere, et frigoris pristini insensibilitate discussa, per sensum spiritus uitalis animare, ut nequaquam iacenia in infimis torpeant; sed in uiuis uolatilibus uersa sese ad caelestia contemplando, id est uolando, suspendant? Notandum uero est quod in his uerbis non solum hypocritarum actio peruersa reprobatur, sed honorum etiam magistrorum, si qua fortasse subreperit elatio premitur. Nam cum de se Dominus dicit quod derelicta oua in puluere ipse calefaciat, profecto aperte indicat quia ipse operatur intrinsecus per uerba doctoris, qui et sine uerbis ullius hominis calefacit quos uoluerit in frigore pulueris. Ac si aperte doctoribus dicat: Vt sciatis quia ego sum qui per uos loquentes operor, ecce cum uoluero cordibus hominum etiam sine uobis loquor. Humiliata igitur cogitatione doctorum, ad exprimendum hypocritam sermo conuertitur, et qua fatuitate torpeat, adhuc sub struthionis facto plenus indicatur.

Nam sequitur ⁴:

XI, 16. [39, 15] *Obliuiscitur quod pes conculcet ea, aut bestia agri conterat* ¹. Quid in pede, nisi transitus operationis accipitur? Quid in agro, nisi mundus iste signatur? De quo in euangelio Dominus dicit: *Ager autem est mundus* ². Quid in bestia nisi antiquus hostis exprimitur, qui huius

gli ipocriti non hanno calore né tenerezza, non si dolgono per il torpore della prole data alla luce, cioè per il freddo delle loro uova; e quanto più volentieri si immergono nelle attività terrene, tanto più con la loro negligenza permettono a quelli che generano di attendere alle occupazioni terrene.

Ma siccome la divina Provvidenza non abbandona i figli che gli ipocriti abbandonano, riscalda con lo sguardo della sua grazia generosa anche alcuni di questi conosciuti prima dei secoli con personale elezione, giustamente prosegue:

X, 15. [39, 14] *Le lasci forse riscaldare nella polvere?* Sottinteso: Come faccio io, io le riscaldo nella polvere, perché con il fuoco del mio amore riscaldo le anime dei piccoli, che si trovano anche in mezzo ai peccatori. Che s'intende infatti per polvere, se non il peccatore? Della perdizione di questo peccatore è soddisfatto anche quel nemico del quale il Profeta dice: *Il serpente mangerà la polvere*. Che significa la polvere, se non l'instabilità stessa degli iniqui? Della quale Davide dice: *Non così gli empi, non così; ma come polvere che il vento disperde dalla faccia della terra*. Il Signore adunque riscalda le uova abbandonate nella polvere, perché con il fuoco del suo amore riscalda le anime dei piccoli prive della sollecitudine dei loro predicatori, e che si trovano anche in mezzo ai peccatori. Così vediamo parecchi che vivono in mezzo alla massa, e tuttavia non cadono nel torpore della massa. Così vediamo parecchi che non fuggono la folla dei cattivi e tuttavia divampano di ardore celeste. Così vediamo parecchi che sono, per così dire, caldi in mezzo al freddo. Essi, pur trovandosi in mezzo al torpore degli uomini terreni, ardono di quei desideri che accende in essi la speranza eterna. Onde sono accesi tra i cuori freddi. E questo perché Dio onnipotente sa riscaldare anche le uova abbandonate nella polvere e, scuotendo la insensibilità del freddo precedente, sa animarle con il soffio dello spirito vitale, cosicché non rimangono inerte in basso, ma, insieme agli esseri viventi che volano, si sollevano volando, cioè contemplando. E si noti che con queste parole si condanna non solo la condotta riprovevole degli ipocriti, ma altresì l'eventuale orgoglio dei buoni, anche dei maestri. Perché quando il Signore dice che lui riscalda le uova abbandonate nella polvere, indica chiaramente che egli opera interiormente per mezzo delle parole di chi insegna, perché anche senza parole umane riscalda chi vuole nel freddo della polvere. Come a dire chiaramente a quelli che insegnano: Affinché sappiate che sono io che opero per mezzo di voi che parlate, ecco, quando voglio, anche senza di voi parlo al cuore degli uomini. Dopo aver dunque umiliato il pensiero dei dottori, il discorso si rivolge a caratterizzare l'ipocrita e usando ancora la figura dello struzzo indica meglio quale stoltezza lo intorpidisce.

Infatti prosegue:

XI, 16. [39, 15] *Dimentica che un piede può calpestarle e una bestia selvatica schiacciarle*. Che significa il piede, se non il passo di chi intraprende un'azione? Che indica il campo, se non questo mondo? È ciò che dice il Signore nel Vangelo: *Il campo è il mondo*. Che raffigura la bestia, se

X. ¹ LATICEN, *Egl.*, 31, 79-82. ² Is. 65, 25. ³ Ps. 1, 4. * PL 581.
⁴ LATICEN, *Egl.*, 31, 83. XI. ¹ LATICEN, *Egl.*, 31, 84-85. ² Mt. 13, 38.